



Ioannes Taulerus Colonia oriundus sua eruditio
ne & præclara dicendi facundia anno Christi
millesimo trecentesimo quinquagesimo in magna
authoritate fuit, ita ut eius libri etiamnum in docto
rum uirorum manibus terantur. Hic ut liberius stu
dij uacare posset, ordinem Dominicanorum su
sccepit, atque Coloniæ ad S. Gertrudim conciona
torem egit. Postea passim per Germaniam, Argen
tiæ præsertim ad populum frequentes concio
nes habuit. Cum autem is uideret gratuitam homi
nis iustificationem Monachorum questionibus,
& humanis traditionib. penitus obscuratā, & qua
li extinctam, ipse subinde docuit pios debere, de se omnibusq; humanis auxi
lijs desperantes, in solum Deum suam fiduciam coniçere, ex solo Deo pende
re, omniaq; ab eo sola fide impetrare. Itaque humanorum operum merita &
traditiones uehementer extenuauit, ac omnino omnium superstitionum acer
rimus hostis fuit, solam Dei misericordiam diligenter commendans.